

Johann Jacob Döbel

**Programma Quo Rector Universitatis Rostochiensis Johannes Jacobus Döbelius,
Med. D. P. P. Poliater, & Facultatis suae p. t. Decanus, Ad Exequias Quas Filio ...
Heinrico Schlutow, Parentes moestissimi hodie paratas cupiunt Omnes omnium
Ordinum Cives Academicos ... invitat**

Rostochii: Kilius, [1668]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777430576>

Druck Freier  Zugang



Döbel, J.J.,

in

Heinr. Schlutow.

Rost.(1668.)

67



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/pnn777430576/phys_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/pnn777430576/phys_0002)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/pnn777430576/phys_0003](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/pnn777430576/phys_0003)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/pnn777430576/phys_0004](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/pnn777430576/phys_0004)

DFG

PROGRAMMA
Quo
RECTOR
UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS
JOHANNES JACOBUS DÖBELIUS,


Med. D. P. P. Poliater, & Facultatis
sux p. t. DECANUS.



Ad Esequias
Quas
FILIO NUPER SUO MELLITISSIMO,
HEINRICO
SCHLUTOVV,

Parentes mœstissimi
hodie paratas cupiunt
Omnes omnium Ordinum Cives Acad-
emicos peramanter & benevolè invitati.

ROSTOCHII, Typis JOHANNIS KILI, Acad. Typogr.



Aria sunt, quæ subitam nobis illam mortalitatem nostræ fragilitatem, vulgo vitam dicimus, ob oculos ponunt. Hemerocallis lilyum, florem suum eodem & nascientem & marcescentem die videt. Nec *in pugnabis* volucris, ad Hypanim in Ponto fluvium, adeò ignota est, quæ ultrà diem vivere non posse nesciatur: Oritur cum oriente sole, moritur cum occidente, eadem luce & pueri, & Juvenis, & Senis experta ætatem. Cum aquarum bullis ita comparatum est, ut alia simulacra sunt, protinus evanescant; alia paulo quidem diutius durent, omnes tamen brevissimis quibusdam intervallis sibi invicem succedant. Verum enim vero, ne quicquam alibi quærimus, quod in ipsiusmet nobis est reperire. Ipsi nos mortales sumus unius dieculæ, sape brevioris & vi, qui tot lentaæ actiones, tam prolixa negotia, tam longam sape laborum seriem, tot speciosissimo. rium titulorum nomenclaturas teximus, tot per officia officiorum processus destinamus. Mille anni, inquit Psaltes, sunt in conspectu tuo, DEUS, sicut dies, qui præteriit.

teriūt. Non eum ego diem hēc intendo , qualem nē
mini hastenus unquām mortalium vivere , datum fuit:
de eō pse loquor , cuius non singulas tantū viginti qua-
tuor horas cum morte dividimus , verū singula etiam
earundem momenta. Quotiens , quēm dies veniens vi-
dit florentem , hunc dies fugiens vidi jacentem ? Vide-
ri equidem hic habere senes possent , quiq; longam fæ-
pe annorum seriēm numerant , de quo præ juvenibus si-
bi gratulentur : At verō , non habemus annos , qui præ-
teriere , nec qui futuri sunt , nostri sunt ; in puncto fu-
gientis temporis pendemus , & nemo crastinum vel hodi-
ernum etiam totum diem pollicerisibi ausit , nisi ex Jaco-
bo audire velit : Ecce nunc qui dicitis , bodes aut crastino in-
illam civitatem ibimus , facturi ibi quidem annum , & merca-
bitimur , & lucrum faciemus , qui ignoratis , quid futurum sit in
crastinum . Quæ enim est vita vestra ? Vapor est , ad modi-
cum apparens , & deinceps exterminatur . Rectissimè omni-
um : Vapor est vita nostra , umbra est , bulla est , aut si
quid bullâ vaniūs , inanius , levius , cui magni est modi-
cum fuisse . Ita namq; & nos sumus , non vivimus : eo-
dem temporis momentō & accipiendi Spiritum , &
reddendi natura nobis legem dedit . Crescendo decre-
scimus , vivendo morimur , quiq; commorati aliquandiu
in vitâ vici sumus , non serò tandem morimur , sed diu .
Clepsydrā non extremum stillicidium exhaustit , sed
quicquid anteà defluxit : ultima hora , quâ esse desini-
mus , non sola mortem facit , utut sola consummet . Et
esset aliquid , tām fragili frui vitâ , esset etiam frui tām fu-
gaci ; esset inquam , aliquando mori , esset & brevi mori;
ast , certa ista pariter ac cīta , quæ nos manet mors , quām
est incertitudinum plena ? quotnam enim latibula ,
quoc

quod mille sibi habet, & inopinatos, imò incredibiles
penè adjunctos, nos necandi modos? atque eos qui-
dem, qui non minimis tantum, aut medioxumis, sed,
cum hisce, maximis etiam, neque propterea minus, quām
improbis sint communes. Asclepiades scalarum lapsu
moritur: nunquam resurgit Polybius, delapsus equo.
Manasseim maritum Judith æstus Solis perdit, Anacreon,
& si Luciano credimus, Sophocles, uxæ acinō strangu-
lantur: Tarquinius pisciculi spinā suffocatur: Fabio te-
nuis cum lacte haustus pilus vitam rumpit. Alexinus in
Alpheo natans obit, leviter ab arundine sauciatus: Ari-
stidem mustela mordet, nec mordet tantum, sed & mori-
cogit. Luciam, Marci Aurelii filiam, acūs punctiuncu-
la occidit: Nerei filiam, pulchellam illam Hippocrati,
Iudibunda manus necat. Philemona Syrocaunum, &
Philistona Nicœensem risus perdit: Pindarū dormientem
invenit mors, somni frater. Euripides canū morsu lania-
tur, Eschylus testudine concutitur. Homerus dolore ab-
sumitur, alios quia dolor non potest, lœtitia extinguitur.
Cn. Bebius Pamphil⁹ horam querens, mortē sentit: Me-
phiboseth in lecto interficitur. Josias exercitum dicens
moritur Vulnerat⁹, Egillū Gothorum Regem surialis tau-
rus necat. Suffocatur Malcomus, primus Scotorum Rex,
cū Regnū lustrat, alios, dii suis vota facientes ruina do-
mūs sepelit, alios ante primam lucis usuram, lux sua lin-
quit. Cæsaris Dictatoris Pater dum calceatur, animam
agit, Cæsar ipse filius in curiā perit, alias Cæsar spiritum
excudit, quando pede in limen impingit. Alfonsus Jo-
hannis II^{di}, Lusitani Regis filius, septimo post uxorem
ductam mense, & nuptias, sexcentorum triumphorum,
aliarumq; solemnitatū penè indicibilium apparatu ce-
lebrata,

lebratas, equò ad ripam Tagi excutitur, lethaliq; plaga
ad terram datus, obtritò desertur capite in piscatoris ca-
sulam, vix illum cum duobus famulis capientem. De-
cumbens in stramentitiā culcitrā animam efflat. Basili-
um Imperatorem cervus inter venandum trajicit: inter-
ficitur, in communi hominum lætitia, Galliarum Rex
Heinricus II^{dus}. Ohe jam satis est! quæ enim una pagi-
na capiat tot præcipites & firmissimorum lapsus? taceo
sexcenta exemplorum veterum alia: recentia transeo,
& quæ ipsa nostra ætas vidit non attingo. Si tot mon-
borum cateryas, Anginas, asthmata, Pleuritides, Apo-
plexias, Epilepsias, si tot Ebrium malignarum species, si
alia referremus, quibus ex improviso penè, tot sunt mor-
talium haec tenis robustissimorum extincti, dies ante,
quæm noster hic exemplorum planè lugubrium catalo-
gus finiretur. Sufficientissimus est unicus ille, cuius
gratiæ hæc dictatum, cuiq; & primum fortè, & ultimum
hodiè honoris debitum concedimus, qui recenti suò pa-
riter ac lugubri argumento nos edoceat, quæm omnes
nos, & omni horâ, mors sua maneat; quæm item omni
eadem nobis horâ sit exspectanda. Fuit ille HINRICUS
Schlutev/ Parentum nuper solarium, cognitorum
spes, maximum omnium delicium, nunc desiderium.
Puerulus fuit, & si annos respicis, infans; si mentem, se-
nax. De manè usq; ad vesperam est finitus, verè decli-
naverunt dies ejus sicut umbra. Natus est, renatus,
denatus:

Quasi herba foliatalis paulisper fuit,
Repente exortus est, repentinò occidit.
Quæm verò egregiè idem ille noster unicum hoc, quod
fuit aud nos, momentum temporis impenderit, ubi na-
tales

tales ejus, more heic locorum sverd, prout ii nobis sunt
signati, lustraverimus, enucleemus. Dies erat 3. Julii
An. 1666. quando hic Rostochii in lucem ederetur, Patre qui-
dem Reverendo atq; clarissimo DN. HEINRICO Schlut-
tow/ mystâ & ministro verbi divini, in Æde Nicolaitanâ
vigilantissimô, hodiè mœstissimô; matre verò MARGA-
RETHA CATHARINA Sandhagens/ foeminâ omnino honestissimâ, virtutumq; sexûs sui gemmulis planè de-
corâ, acerbitatem obitûs in filiolô suô maximopere lu-
gente. Majores si desideras, Avum paternum sortitus est,
Virum integerrimum & æstimatissimum HEINRICUM
Schluttow/ Civem & Negotiatorem apud nos, dum vi-
veret, primarium, beati HERMANNI Schluttow/ Ce-
revisiarii & civis quondam hujus civitatis relictum fili-
um. Aviam paternam vidi WENDULAM Westphals/
Viri pl. Reverendi atq; Clarissimi M. JOACHIMI West-
phals/ Pastoris olim Eccles. Jacobæ, Superintendentis
item Reverendi Ministerii Rostochiensis meritissimi, filiâ.
Avum à parte Matris agnovit Virum pl. Reverendum &
Clarissimum DN. M. REMBERTUM Sandhagen/ Ec-
cles. Nicolaitanæ Pastorem optimè meritum, Rever. hu-
jus Ministerii Seniorem Gravissimum, Viri Reverendi &
Clarissimi DN. GABRIELIS Sandhagen / in Ecclesiâ Borcholtusanâ, quæ est Westphaliæ, Pastoris dudum e-
meriti, antè annuis rem temporis spatium piè defuncti,
superstitem filium. Aviam à parte Matris amplexus est
DOROTHEA M Alwarts/ Civis & Zythopœi, inter
primos, primi, filiam. Hisce jam parentibus natus noster,
sacrôq; , ex templo, baptismatis fonte renatus, tam præ-
clara optimæ indolis specimina magis, in dies, magisq; ex-
hibuit, ut nullū prorsus fuerit dubium, quin tot clarissi ma-
Majo-

Majorum Clarissimorum vestigia & pressur us & affectus
turus fuisset. Miraberis si puerulum biennem cum o-
rationem dominicam, tum alias precatiunculas, & plu-
rima in super scripturæ dicta memoria, dixero, tenuisse,
& absq; omni hæsitantia recitasse. Vos, testor, Parentes
mœstissimi, qui vidistis talia, & audivistis, & singulariter
super iisdem sapè affectie estis. Ast ubi nunc ista omnia,
ubi facillimi illi ipsius occursus? ubi tam blandula, visus
vobis, hilaritas? ubi dulcissimi illi complexus? ubi al-
loquiola, quorum, quia nihil infantile sapiebant, inex-
plebiles hactenus extitistis? abstulit omnia hæc, prout
ipsi edicatis, unica, & biduana quidem tussis, cui utut sa-
tis auxiliorū objiceretis, directore præprimis Viro Am-
plissimo, Experientissimo & Excellentissimo DN. JO-
HANNE BACKMEISTERO, Med. D. & P.P. Amico &
Collegā nostrō singulariter dilectō; nihil tamen præstare
potuistis, quō vel minimum retardaretis ultimam, ve-
stro imminentem, horulam, quodque ultimum, quin-
tam circiter matutinam, d. 26. præteriti mensis Novem-
bris, vobis dabat VALE. Hemerocallis trita corporiq; ap-
posita aquam & sanguinem dicit: Næ flosculus ille ve-
ster, tā in inopinō casu tritus, plurimas ex vobis hodiè la-
crymarum, si non sanguinem, aquas certè trahit. Vela-
ret heic Timanthes vultum vestrū, cùm ostendere di-
gnè non possit, et si omnem tristitiae imaginem in eodem
consumat. Sed ponat lugendi modum ratio, ponat i-
plum Spiritus Sancti flamen. Novistis, mortalem vos
habuisse; non resert, quando aut quomodo ultimum
depositerit vitæ. Jubente Deo deposituit deponendum,
nec interest quām fuerit diu, sed quām bene. Satis cucur-
rit, quia paliam obtinuit, satis navigavit, in portum
quia

quia felix pervenit. Raptus est, ne malitia mutaret animum ejus, explevit tempora multa, consummatus iabrevi. Huic itaq; puerulo scitissimo, imò huic potius bienni seni, matri omnium, terræ, hodie mandando, ut honoratisimam vestram frequentiam, Cives honoratissimi, haud gravatim accommodetis, impensè rogo. Et facietis hoc ipsum, scio, vestrapte sponte, testaturi scilicet, quo sitis animo in eundem pīc defunctum, Parentes ejus optimos, & Ecclesiasticorum, imò literatorum ordinem universum, exactissimeq; examinaturi, quām sit hæc vita nostra

Somnus, bulla, vitrum, glacies, flos, fabula, fenum,
Umbra, cinis, punctum, vox, sonus, aura, nibil.

Conventus fiet in Aede Nicolaitanâ, Hora I^{ma}.

P.P. Rostoch. sub sigillo Academiz

i. Decembr. Anno M.DC.LXIX.





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/pnn777430576/phys_0013](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/pnn777430576/phys_0013)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/pnn777430576/phys_0014](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/pnn777430576/phys_0014)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/pnn777430576/phys_0015](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/pnn777430576/phys_0015)

DFG




Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/pnn777430576/phys_0016](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/pnn777430576/phys_0016)

DFG

Majorum Clarissimorum vestigia & p
turus fuisset. Miraberis si puerulum
rationem dominicam, cum alias preda
rima insuper scriptura dicta memoria,
& absq; omni hæsitantiâ recitasse. Vo
mœstissimi, qui vidistis talia, & audivisse
super iisdem sâpè affecti estis. Ast ubi
ubi facillimi illi ipsius occursus? ubi t
vobis, hilaritas? ubi dulcissimi illi co
loquiola, quorum, quia nihil infantil
plebiles hactenus extitistis? abstulit o
ipsi edicitis, unica, & biduana quidemi
tis auxiliorū objiceretis, directore pra
plissimo, Experientissimo & Excelle
HANNE BACKMEISTERO, Med. D
Collegā nostrō singulariter dilectō; nih
potastis, quō vel minimum retardare
stro imminentem, horulam, quodqu
tam circiter matutinam, d. 26. præterit
bris, vobis dabat VALE. Hemerocallis c
posita aquam & sanguinem dicit: Næ
ster, tā in inopinō casu tritus, plurimas
crymarum, si non sanguinem, aquas cer
ret heic Timanthes vultum vestrum, c
gnè non possit, et si omnem tristitia im
consumat. Sed ponat lugendi modum
plum Spiritus Sancti flamen. Novisti
habuisse; non resert, quando aut quo
depositerit vita. Jubente Deo depositu
nec interest quām fuerit diu, sed quām be
rit, quia palmam obtinuit, satis naviga



the scale towards document
affectu
rūm o
& plu
nisse,
rentes
lariter
nnia,
, visio
obi al
inex
prout
tut sa
Am
N. JO
ico &
estare
, ve
quin
vem
q; ap
e ve
liè la
Vela
re di
odem
iat i
vos
num
lum,
icur
um
quia